



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Libertas Ecclesiastica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

## LIBERTAS ECCLESIASTICA.

**L**ibertas ecclesiastica non dicitur violari, nisi in privilegiis universalibus concessis à Deo Optimo Maximo, vel Papa, vel ab Imperatore: unde non dicitur violari privilegium concessum alicui Ecclesiae particulari, Innocen. & Hostiens. in cap. noverit, de sent. excomm. hinc fit, quod si fieret statutum, quod Ecclesia non audiatur super decimis, vel non audiatur super decem annos, vel quod Clerici non possint declinare forum laicale, hoc esset violari libertatem ecclesiasticam. Ratio est, quia primum est de jure divino, alterum Imperatoris, tertium summi Pontificis, Bal. in Marg. Innoc. in ver. Ecclesia, quest. i. quod notwithstanding pro clausula Bullæ Cœnæ Domini, & praxi quotidiana, vide Panor. in c. noverit, nu. 2. de sent. excomm. vide Bart. Socin. cons. 55. quod incipit, Viso decreto, col. 1. in fine, ubi dicit, quod si statutum laicorum auferatur Ecclesiae, quod si competit & jure communi, tale statutum esset contra libertatem Ecclesiae, vide addit. ad Innoc. in d. cap. noverit, num. 3. §. --- fecus vero; quando violaretur privilegium alicui Ecclesiae particulari. Auth. cassa, & irrita, C. defacros sanct. Eccles. & ibi Oldrad, & Cynus.

## MATER ECCLESIAE.

**M**atrix Ecclesia, quæ dicatur, vide Abb. in Clem. i. num. 3. & 4. de sent. excomm. & text. gloss. & Abb. in cap. ve- nerabili, de verb. sign. ubi Parochialem Ecclesiam posse dici Matricem asserit.

## MATRIMONIUM.

**P**rimò, qui juraverit aliquam ducere uxorem, si non subest impedimentum, eam ducere in uxorem per censuras ecclesiasticas compelli potest, cap. ex histeris, sl. secundo, de sponsal.

Secundò, quando non dubitatur de validitate matrimonii vel sponsaliorum, possunt partes, quæ promiserunt, compelli per judicem sæcularem, ad observandum ea, gloss. in cap. non est, in vers. uxorem, de sponsal. Selva tra. de benef. i. p. 9. 7. n. 12. Clem. de sponsal. i. par. c. 4. etiamsi sine juramento promisisset, etiamsi secunda alia sponsalia, non juramento contraxerit, quia tenetur ad prima sponsalia. Ratio est, quia obligatur sub pena peccati mortalis observare priua, & juramentum postea praestitum non paret, nec debet observari, cum videatur fovere peccatum, c. veniens, & c. venientes, de jurejurand. non obstat c. requisi. eo Ubi dicitur, quod cum libera debeat esse matrimonii, monendi sunt potius contrahentes, quam cogendi, cum exactiones difficiles soleant exitus frequenter habere: quia ibi gloss. in fine dicit, quod prius sunt monendi, & postea cogendi, & hoc maxima cum prudentia, quia multi sunt, qui ut libidinem suam expleant, promittunt cum juramento interdum, vel sine illo, ducre miseras puellas in uxores, & postea eas relinquunt perpetuò diffamat. Flor. Theol. 4. Sent. de matrim. fol. 294. Dixi, quando non subest impedimentum, quia quando quis haberet justam causam recedendi

Q9